

*Locus decens pro Sacrorum Olearum custodia deputetur.*

*Mexic. I. c. 33.*

**A**D Custodiā vero Sancti Chris̄t̄is, & Olei, locus clausus cum decenti ornatu deputetur, cuius clavem Parochus habeat, nec cuiquam tradat, nisi alicui Sacerdoti cum opus fuerit. Quo loco Rituale etiam ministrandorum Sacramentorum formam praescribens affervabitur.

## TITULUS VII.

De Clericis Peregrinis.

*Episcopis, Vicarijs, Parochis, & Regularium Superioribus precipitur, ne exteros ad Missam celebrandam admittant, nisi sui Episcopi litteras ostendant.*

**S**UMMIS a Deo precibus efflagitare Episcopi deberent, ut eos in messem suam operarios mitteret, qui divina voluntati conformes, salutem animarum stirent, non quae sua sunt querentes, sed quae Jesu-Christi. Verum quod est omni lachrimarum fonte plangendum, Sacerdotes aliqui, non pietatis zelo, sed auctu quodam avaritiae flagrantes, incertis sedibus vagantur, & ovibus sibi commissis derelicti, eo avide confugiunt, ubi maius stipendium temporalis lucri proponitur. Cui tam gravi malo Tridentinum Concilium occurtere volens, *Seff. 23. c. 16. & Seff. 22. in De-creto de obser-* Precipit, ne ullus Clericus Peregrinus, sine commendatitijs sui Ordinarij litteris (quas tamen sine justa causa Ordinarius non deneget) ab ullo Episco-

*tō in celebra-*

*tione Missarum.*

po ad divina celebranda, & Sacraenta administranda recipiatur, quod tam Sanctum Concilij Decretum hæc Synodus inviolabiliter observari vult, sub pena suspensionis arbitrio Ordinarij. Interdicit quoque, ne ullus Vicarius, seu Judex Ecclesiasticus Clericis hujusmodi celebrandi licentiam concedat, nisi eorum facultates, & litteræ dimissorie diligenter prius examinatae comprobentur. Idemque injungit superioribus ordinum in suis dominis, aut Monasterijs. Itidem jubetur, ut si qui Clerici ex Hispania, aut alijs remotis Provincijs, in has Indiarum partes migraverint, mulieres secum matrum, sororum, & consanguinitate propinquarum nomine deferentes, nisi id ita esse legitime constiterit, a mulieribus hujusmodi separantur, si vero separati non paruerint, tanquam concubinarij publice puniantur.

*Mex. I. c. 45. & Guadix tit. 2. const. 54. Mil. 1. tit. que pertinent ad celebrationē Missa, verb. Cle- ricis, & Granat. tit. de Cleric. Pe- reg. Syn. de Qui- roga confit. 57. Limenf. 3. ad. 3. cap. 9.*

*Mexic. I. c. 57.*

## TITULUS VIII.

De Officio Judicis Ordinarij, & Vicarij.

*Ad Episcopi Vicarios admonitio.*

**U**T Episcopi Populum a Deo sibi commissum, quibus opus est prudentia, & solicitudine, gubernent, ac moderentur, atque ut facilius orationi vacent, Doctrina pascent gregem, & saluti consulant animarum, Vicariorum opere indigent, quos in partem solicitudinis, præsertim earum rerum, quæ fori Judicialis sunt, sibi alficant. Quam obrem Vicarios hujusmodi hæc Synodus vehementerhortatur, ut quam sit eorum industria ad Populi Christiani

*Grauat. tit. de Offic. Judic. Or- din. Guadix tit. 8. conf. 11. 12. 13. & 14. Mi- lau. 4. 3. parti- tit. de foro Epi- scop. & 5. tit. de Epi- scopali jure.*

tur. Taxent etiam acta caularum, qua coram eis in gradu appellationis agitabuntur, probationesque etiam quascumque, & scripturas alias, quo ad earum partes, & lineas juxta legum regni dispositionem, & ad taxationem praedictam salario hujusmodi solvantur. Quod vero Notarij, aut Commissarij ultra taxationem receperint, in calce Decreti jubeant restituui, sub pena iam dicta. Officiales taxam, & salariorum omnium Curiae Ministeriorum manu Episcopi subscriptam clare inscriptam, tabulæ affixam, & in aula Judicis deputata, poni faciant, ut ibi commode ab omnibus legi possit. Taxa vero ea solummodo sit, quæ est ab hac Synodo constituta.

## §. XIV.

*Delinquentes describant, qui majori pena plecti debent, si reinciderint.*

**L**ibrum habeant, in quo delinquentes condamnatos sub comminatione, si in idem delictum ulterius inciderint, & eos, qui talia commiscent crimina, quæ si iterum perpetrentur, majori suppicio digna sunt, apposite describant. Notarius vero, apud quem sententia lata est, manu propria in libro scribat, qua pena reus damnatus fuerit, die, mense, & anno ibidem appositis, & quod acta, & processus causa apud eundem remaneat, seque subserbit, quo delinquendi consuetudo facilis tolli possit.

## §. XV.

*Curet Vicarius Generalis, ut de pecunia Fisci provideatur, pro testium Fiscalium advectione.*

**I**N causis, in quibus ex Officio procedunt, postquam Fiscalis testes nominaverit, oaveant, ut su-

*In leg. 23. tit. 20. lib. 2. & leg. 21. tit. 27. lib. 4. recopil.*

*Conc. Milan. 3. fol. 603. 1. pag. in principio.*

*Taxa salariorum vulgo Arancel publice presentes.*

susceptor Fisci subministret pecunias, quibus possit, testibus ad ferendum testimonium venturis sumptus præbere competentes, idque in actis redigatur: tempore vero, quo expensas taxabunt, faciant sibi a Fisci rationem reddi sumptuum erogatorum hujusmodi, quos etiam taxent, & ex taxatione, eos Fiscali a reo recipiat, susceptorque restitutus, aut quid cause fuerit, quominus restituturus sit, exponat.

## §. XVI.

*Per singulas hebdomadas carcerem visitet, Fisci, & Notarij, &c. in omni comitatu.*

**O**fficiales, saltem semel in hebdomada, secunda, aut sexta feria post meridiem, vel hora sibi magis commoda, carcerem visitent, cisque in comitatu sint Notarij, deferentes acta detentorum in carcere; Procuratores quoque, & Promotor Fiscali, quorum si quis absens fuerit, pondo uno mulctetur, in usus eorum, qui in carcere sunt convincti. In visitatione vero id præstent, ut de vita, honestate, & moribus eorum, qui carcere inclusi tenentur, inquirant, seminarum impudentias reprimant, dejerantes, illicitosque ludos exercentes puniant. Exquirant præterea, an custos carceris a vincitibus injuria quidquam extorqueat, unumquemque, de suo jure eos certiores reddere volentem, libenter audiant. Si ab aliquo reo confessio petenda est, aut aliud quid simile agendum, id ne omittant.

## §. XVII.

*Videat, ne quid injuria agatur.*

**D**E vinculis, & his, qui vinculis alligati tenentur, interrogant, an sine causa per custodem

R

cru-

bis accipiat, nisi parte, aut partibus potentibus jurisperitum unum, vel plures sibi adjungi, quos de causa consulat, ac de eorum consilio sententias ferat. Quia vero evenire potest, ut pars, aut partes id pertinentes, quibus incumbit horum Assessorum salario persolvere, eosdem pretio corrumperem possint, statuit, ac praecipit eadem Synodus, ut salario Assessori hujusmodi a Judice provide moderentur. Eaque Assessores per se, vel interpositas Personas, ante decimam causam, a partibus non accipiunt, nec quidquam amplius, quam quod fuerit moderatum, sub poena restitutionis quadruplum. Sententiam vero suam clausam, & sigillatam ad Judicem mittat Assessor, eamque partibus nequaque tradat, aut ex eo, quod partium intererit, teneatur. Prædicta vero poena, fabricæ Ecclesie, & pijs operibus æque distribuatur. Sporulas alias non exigant, quam quæ sunt ab hac Syndico taxatae. A partibus coram eis litigantibus, aut quæ probabili conjectura litigaturæ creduntur, dona, aut munera, etiam esculentia per se, aut familiares, consanguineosve suos, Officio durante, vel post, ex promissione, tempore Officij prius facta, non accipiunt, etiamsi ea data sponte fuerint, vel promissa sub pena restitutionis quadruplum. Quod Judicibus Vicariis foraneis, sub eadem quoque poena etiam imponitur.

*Negue per se,  
nec per familiares suos.*

*Etiamq; sunt  
sponte oblatæ.*

#### Arbitrium Juris in se ne recipiant.

**I**N causis coram ipsi pendentibus, ipso cognoscere possint. Arbitri Juris, aut arbitratores non sint, neque hac de causa proferendis sententijs, videntis

dis

*Mexic. I. c. 84.  
Guadix titul. 8.  
confit. 14.*

dis actis, aut alias quidquam accipient. Qui vero contra fecerint, ultra poenam restituendi duplum, aliter etiam puniantur, idque Vicarij etiam obseruent.

#### §. VI.

*Nec Vicarij, nec Notarij quicquam expensarum nomine a reo exigant in causis, ad quas procedunt ex Officio, nisi post condemnationem.*

**N**otarij, aut alij eorum Ministri, in causis, in quibus ad Fiscalis instantiam procedetur, nihil a reo exigant, ratione scripturarum, sive actorum, pro parte ad Fiscalem spectante, nisi reus per sententiam in expensis fuerit condemnatus, easque tunc juxta taxationem perant. Si vero condemnatio hujusmodi non præcesserit, cum ex Officio ad hæc confienda teneantur, nihil exigere possint. Quod si Notarius, & Judex alter, quam ad præscriptam formam expensas a reo petierint, in duplum easdem restituant.

#### §. VII.

*Testes pro ratiſcatiſ, etiam de conſenſu partium in cauſis quibusdam ne habeant.*

**T**estes vero pro ratiſcatiſ non habeant, etiam de voluntate partium, in causis ubi poena corporalis, exilij quoque, aut follempnis penitentiae futura speratur, sub poena ratiſcandi testes suis impensis, si opus fuerit, Judex autem, testibus non ratiſcateſ, sententiam minime ferre possit.

#### §. VIII.

*Publica peccata impediāt.*

**P**eculiari ſollicitudine ſtudeant vitia publica, veluti ludos illicitos, concubinatus, blaſphemias,

P 2

utu-

*Edictumque pro  
jis expediant bis  
in anno.*

usuras, & hujusmodi alia prohibere, & haec perpetrantes acriter punire. Quod ut consequatur esse statum, Dominica prima Quadragesimæ in quolibet anno generales litteras Excommunicationis expediant, procedendo usque ad Anathematis declaratorias, easque publicare faciant, tam in Cathedrali, quam in Parochialibus Ecclesijs, ac Monasterijs, quæ postquam publicatae fuerint, in Ecclesiæ januis affigantur. Ad oppida etiam, ubi Hispani degunt, & ad fodinas inter se eadem mittantur, ibique itidem publicentur, ut omnes, & quicumque, de hujusmodi delinquentibus notitiam habuerint, censuris compellantur eosdem denuntiare coram Episcopis, vel Parochis, & eorum Notario publico, ut id legitime constet, quæ tamen, de delictis notorijs, & publicis dumtaxat, disposita intelligentur, edicta vero, seu litteræ generales hujusmodi juxta seriem dispositam, & approbatam expediantur: quæ, in quantum concubiniorum delicta respiciunt, prima etiam Dominica Adventus publicentur.

## §. IX.

Honori Clericorum, precipe Sacerdotum, etiam delinq-  
uentium fedulo proficiatur.

**T**ametsi Episcopi, subditorum delicta Clericorum, & Sacerdotum maxime, quos alijs in exempliro vita Deus posuit, animadvertere debent, nihilominus Sacerdotalis Ordinis honori prospicere valde tenentur, & in puniendis Clericorum delictis prudenter se gerere, ne si id nimis publice fiat, ipsi simul cum eo, quo funguntur divino Ministerio contemnantur. Quapropter haec Synodus statuit, ac

*Mexico. t. c. 82.*

præ-

præcipit, ut causæ graves Clericorum hujus Provinciæ, & quo ad modum procedendi, & quo ad custodiā carceris secreto agitantur, & terminentur. Item ut Judges ad causam hujusmodi Notarios Clericos, si fieri poterit, adhibeant. Haec autem omnia, tum locum habeant, cum delictum tale, & tam publicum non fuerit, quod majori non egest remedio. Qua in re conscientiæ Judicūm onerantur, ut in his omnibus eum modum servent, quo, & Clericali dignitat consulant, & delinquentes pro meritis supplicio afficiant.

## §. X.

Singulis mensibus Ministros omnes Curiae rationem redi-  
dere faciat causarum Fiscalium.

**L**ibrum habeant, in quo summatum sacrilegio-  
rum, restitutionum, & Fiscales causæ ad memoriā descriptæ sint. Ad hujus vero libri præscriptum in fine cuiuslibet mensis, Ministris, & Notarijs, sibi reddi rationem petant de præfatis causis, & de earum statu: & quod magis singulis causis conve-  
niens sit, provideant, eoque in libro, ut scribatur  
quidquid providerint, efficiant, atque Ministros hu-  
jusmodi de commissis negligentijs reprehendant, in  
eosque accurate animadvertant. In fine etiam mensis  
prædicti Notarius de hac coram eo adhibita diligen-  
tia fidem faciat, & Officiales binis quoque mensibus  
juxta prædicti libri formam Episcopo referant quid  
gestum sit, quidve non, quidque negotiorum hu-  
jusmodi expeditioni convenientius, & opportunius  
esse videatur, sub pœna quatuor pondi quoties id  
omissum fuerit, & Episcopi hujusmodi relationi sibi  
inf-

*Et quolibet bi-  
 mestri Episcopo  
de iijdem causa  
Vicarius ratio-  
nem reddat.*

Q

52 Lib. I. Tit. VIII. de Officio Judicis

in scriptis factæ se subscriptabat, librum vero hunc officiales apud se retineant ad cuius præscriptum, cum eos Episcopus visitaverit, de negotijs hujusmodi inquirantur. Admonentur præterea, ut etiam si ab ipsis causa decisio sint, si ulterius in gradu appellationis procedatur, Promotorem Fiscalem ad causarum hujusmodi prosecutionem instanter hortari non desinant.

§. XI.

Multarum pecunias ne apud se retineant.

Conc. Tolet. art.  
2. cap. 34.

Judices nec recipient, nec apud se retineant, multarum, sive pecunarum pecunias operibus pijs applicatas, sub poena restituendi quadruplum, sed has Notario cause, eo ipso, quod exacta sint, commendentur, qui infra diem susceptoris, per Episcopum cum debitis fidei jussoribus in Tribunali suo deputando, eas consignare teneantur sub poena solvendi duplum. Pecuniarum autem hujusmodi consignationem, in libro susceptoris Notarius scribat, & manu propria susceptor, sibi consignatas esse etiam scribat, sequente subscrivat, ut Episcopi arbitrio haec in pia opera distribuantur. Idemque, quo ad pecunarum pecunias recipientas, & alijs Ministri sub eisdem poenis servare teneantur.

§. XII.

Priusquam in causis civilibus definitive judicent, bis acta perspiciant.

Præcipitur etiam Judicibus, ut in causis civilibus, criminalibus, matrimonialibus, & alijs Ordinariis quibuscumque, ante definitivam sententiam, bis acta perspiciant, primo quando partes ad probationem

nem  
pro-

Ordinarij, & Vicarij.

53

nem admittunt, secundo quando sibi traduntur ad proferendum in causa definitive, summaria vero, quo tempore ferenda sententia est, videant, accurate autem perpendant, an in eis quo ad suam formam, omnia servata sint, actaque, & actuata prout de jure expedit, & cavitur hac Synodo titulo de ordine Officiorum, & de Officio Notarij. Si vero quidquam horum desit, sportulæque, aut salario percepta, descripcta in actis non sint, ea juxta formam juris describant, Notariorumque, aut Ministrorum Curiarum negligentias circa haec puniendo corrigant. Pro licentij, seu facultatibus ad exercitium alicujus Sacramenti, vel ad esum carnium in diebus Quadragesimæ, aut alijs, quibus prohibitus est, nihil quidquam accipiant. Has vero, nisi in scriptis, & ad limitatum tempus, causaque bene examinata, & licentia precedente corporalis Medici, ubi haberi poterit, non concedant, nec in casibus ab hac Synodo prohibitis, sub poenis ab eadem statutis.

§. XIII.

Judices Actorum expensas bis taxari faciant.

Ubetur præterea, ut Judices acta in causis Ordinariis coram eis facta bis taxent. Primo, quando partes ad probationem admittunt. Secundo, tempore ferendæ sententie, medioque Decreto declarant, quid Advocatis, & Notariis debeatur, quidve ad eos pertineat, suoque signo notent, ut partibus, vel earum Procuratoribus liquido constare possit. Sin minus fecerint, Judices pondo duo de Tipuzque dicta, in poenam persolvant, eaque pijs operibus applicentur.

Q2

Pro quibusdam  
licetij nil pror.  
sus accipiant.

Gran. de Offic.  
Jud. ord. n. 13.

gubernationem necessaria intelligentes, suō munere  
ne desint, sed in eo obeundo, omne studium, ope-  
ram, & diligentiam collocent, quod ut commodius  
præstent, has, quæ sequuntur, regulas observabunt.

## §. II.

Jurent Episcoporum Vicarij, Concilij Tridentini, & bu-  
jus Synodi obseruantiam, & etiam quod Ecclesiasticam  
Jurisdictionem, & immunitatem, ejusque Ministros  
tuebuntur.

**I**N primis Officialis, Vicarij, & Judices Ecclesia-  
stici omnes hujus Provinciæ id potissimum cu-  
rent, ut iuncta sibi in litteris commillionis, & po-  
testatis exequantur. Tempore etiam, quo hæc Offi-  
cia exercent, diligenter, integre, & recte se gerant.  
In omnibus Dei honorem sibi prôponant, commu-  
nem subditorum utilitatem querant, & partium uni-  
euque Jus suum tribuant. Coram Secretario Epi-  
scopi jurejurando se obtringant, quod Sacrorum Ca-  
nonum, & Concilij Tridentini Decretis, hujusque  
Synodi constitutionibus stabunt. Quod Ecclesiasti-  
cam Jurisdictionem, immunitatem Ecclesiarum, &  
earum Ministros tuebuntur, atque defendent. In lo-  
cis, ubi suis fungi debent Officijs, semper residant,  
Officialiaque hæc per se ipsos obeuentes, & non per  
substitutos, nequaquam absint feria secunda, quarta,  
& sexta cuiuslibet hebdomadæ, ab octava ad déci-  
mam horam pro Tribunalis sedentes, causas audiunt.  
Si vero in hos dies festum inciderit, in sequenti die,  
festo non impedito, audienciam faciant. Ad locum  
vero ad id deputatum, Ecclesiasticae Curiae Ministris

Ab hora octava  
ad decimam in  
Tribunali Jus di-  
cunt.

co-

comitati procedant. Ipsis vero Officialibus, ad dies  
tantum octo absentibus, nullam causam diffinitiva sen-  
tentia determinare valeant, nec in causa aliqua, in-  
terlocutoria sententia, quidquam statuant, quod per  
diffinitivam sententiam reparari non possit. Quidquid  
secus factum fuerit, irritum, & inane decernitur.

## §. III.

De quibus rebus cognoscere ipsi possunt.

**D**E quibuscumque causis, ad jurisdictionem Or-  
dinariam spectantibus, & tanquam Apostoli-  
ca Sedis Subdelegati, de his, in quibus Episcopi a  
Concilio Tridentino ejusdem Sedis Delegati consti-  
tuuntur, si eis ab Episcopo specialiter commissæ fue-  
rint, cognoscere possint, causasque hujusmodi, nisi  
specialiter Episcopo soli fuerint commissæ, aut eas  
Episcopus ad se avocaverit, vel ex hujus Synodi De-  
creto eidem reservata fuerint, terminare valant. De  
his etiam causis cognoscant, quæ per viam applica-  
tionis coram Episcopo sunt tractandæ.

## §. IV.

Nihil a litigantibus accipiant.

**Q**uoniam Episcopi, jure, & expresso Concilij  
Tridentini Decreto tenentur Officialem Vica-  
rium Generalem constituere, qui Doctor sit, vel Li-  
cenciatus in Jure Canonico, vel alias, quantum fieri  
poterit, idoneus ad causas in foro judiciali deciden-  
dum, quem pro Officij sui ratione commode suspen-  
dere debent, & quia Officialis hujusmodi, pro viden-  
dis actis, salarium forsitan a partibus litigantibus reci-  
pere valet, statuit hæc Synodus, ne quidquam pro  
P his

Sess. 24. c. 16. &  
jure comuni ts.  
in cap. de consan-  
guinis. & affini.

56 Lib. I Tit. VIII. de Officio Iudicis  
cruentur, aut sine mandato dimittantur, inquirant,  
& tandem his omnibus, qua opportuno egent reme-  
dio, prudenter, & accurate illud praestent.

§. XVIII.  
*Episcopi per se ipsos carcerae visitent in Sacra Pascha-*  
*tis Vigilia.*

*Intra lib. 3. tit.*  
I. §. 20.

§. 24.

**I**N Vigilijs festorum Paschalium, vel duobus ante  
diebus, Episcopi, praefentibus eorum Officiali-  
bus, & alijs Ministris, carcerem visitent, pro ut etiam  
ab hac Synodo ipsis injungitur, in titulo de Episco-  
porum Officio.

§. XIX.  
*Notario aliquo vita fundo, acta, apud illum extantia,*  
*custodire faciat.*

*Milanen. 3. fol.*  
603. verb. nul-  
luo, neque mu-  
nus, & 5. fol.  
782. verb. illud  
præterea.

**S**I Notarius aliquis, vel mortem obierit, vel Officia  
suo fuerit privatus, acta, & scripturarum Proto-  
colla ab eo confecta, accurate custodiantur, ut habe-  
tur in titulo de Officio Notarij.

§ XX.

*Munera nulla, etiam esculenta accipiat.*

**C**uria Minstri munera etiam esculenta, mutuum,  
& commodatum ne accipiant, nec eosdem ad  
suos contractus fidejussores adhibeant. Judicesque  
hujusmodi, quantumvis sint probate fidei, ante elas-  
psum tempus a fidejussoribus compelli possint ad eos  
indemnes servandum, vel persolvendum totum id,  
pro quo se fidejussores constituerunt, ac si ab ipsis  
illud jam esset persolutum. Litigatorum operis, nisi  
soluta mercede, non utantur, & in sportulas sibi de-  
bitas computantes. De suis sportulis, & salariis, vel

de

Ordinarij, & Vicarij.

57  
de negotijs sibi commissis nihil pasciscantur, sed ea  
pure, sincereque agant. Si vero ullatenus quidquam  
aceperint, in duplo reddant.

§. XXL  
*In Clericos, vel Ecclesie injurios citato Fisci animad-  
verat.*

**C**UM crimen quis confiteretur, vel sponte, vel alias,  
& cum injuria Ecclesie, vel Clericis inferun-  
tur, etiamsi illæ a partibus sint condonatae, Promo-  
tores Fiscales citentur, ut cum ob culpam, que in  
delictis major comperiri potest, tum ob immunita-  
tem, & jurisdictionem Ecclesiasticam tuendam de ju-  
re suo dicant, nisi, Episcopo consulto, Judex alter  
decernat.

§. XXII.  
*Quid circa Peregrinorum Matrimonia? Et quomodo in  
ijdem procedendum?*

**S**tatuitur etiam, ac jubetur juxta Concilij Tridentini Decretum, ne Officialis facultatem contra-  
hendi Matrimonium peregrinis concedant, nisi con-  
stet, eos alibi Matrimonio conjunctos non esse, nec  
legitimo impedimento teneri, quominus Matrimo-  
nium contrahant. De hoc autem ab his inquiratur,  
qui, contrahere volentes, ante bene congnoverint,  
nisi attenta ætate ejus, qui ad Matrimonium recipi  
cupit, Judici videatur de longiori, vel breviori tem-  
pore inquirendum. Ad Inquisitionem autem hujus-  
modi, si opus sit, Officialis litteras det requisitorias,  
ex quibus in partibus, ubi contrahentes sunt orti, In-  
quisitio fiat, denuntiationibus publice factis ad præ-  
scri-  
R 2

*Off. 24. cap. 7.*

*Seff. 24. c. 1. de reform. Matrim.*  
*Guadix titul. 2.*  
*constitut. 57. &*  
*Granat. tit. de cogn. spirit. n. 2.*  
*Synod. de Qui-*  
*rega conf. 33.*

scriptum Sacrosancti Concilij Tridentini; præterea contrahentes juramento declarant, se nullo religiosis, vel castitatis voto obligari. Qui vero absentem conjugem obliisse dixerit, contrahendi facultatem non obtineat, nisi, hoc sufficienter probato, Episcopum aeat, de cuius permisso, & non alias, ad secundas nuptias suscipiatur, sub pena pondo centum expensis, pro administranda Justitia, faciendis applicandorum.

## §. XXIII.

*Quomodo procedendum in Clericos concubinarios.*

*Lib. 5. tit. 5. §. 6.*

**I**N crimen concubinatus inter Clericum, & coniugatam, is ordo in procedendo servetur, qui ab hac Synodo titulo de Concubinariis est præscriptus.

## §. XXIV.

*Sue commissionis præscriptum non excedat.*

*Grana. tit. de Offic. Ord. n. 22.*

**V**icarii de his solum casibus, qui sunt in mandatis, & commissionibus suarum potestatum comprehensis, ac juxta præscriptam ibi formam cognoscant, si semel contrarium fecerint, pena pondo octo incurant, quorum tertia pars delatori, reliqua impenitus pro administranda Justitia faciendis applicentur. Si bis, pondo duodecim, & duorum mensium suspensione. Si ter, duplo multentur, itidemque fiat distributio. In ijs autem negotijs, quæ ad eorum jurisdictionem non spectant, Judices Fiscales, & Officiales, ut supra præfertur, commoneant, & imminent periculo, aut rei necessitate postulante processum inchoent, Inquisitionem faciant, Personasque capiant, & infra triginta dies, in locis distantibus, in

*In rebus, quæ ad ipsum non spectant,*  
*Fiscales commo-*  
*nentias.*

pro-

propinquis vero, quo citius fieri poterit, per aliquam Personam, quæ ad id diligenter se obstringat, causas hujusmodi, ad Officiales remittant, sine retardatione, sub pena pondo quatuor de Tipuzque vocatorum, & sine dissimulatione sub pena pondo viginti, & privationis officiorum, ratione præscripta applicandorum. In causis matrimonialibus, aut divortiis ratione leviter, aut secundum nuptiarum imminente periculo, usque ad depositum procedant, illasque, pro ut supra dictum est, remittant, sub eadem pena.

## §. XXV.

*Quomodo se habere debet in expedientis licentijs, us*  
*Clericus coram Seculari Juge testimonium dicat.*

**S**i facultas petatur, qua Clericus in Sacro Ordine constitutus, coram Juge Seculari testimonium dicere posse, ne detur, priusquam ea, de quibus interrogari debet, examinentur, quæ si talia visa fuerint, ut ad omnia responderet Clericum testem non deceat, quo ad peculiares tantum articulos, qui in ea expressi sint, limitata facultas concedatur, & non aliter sub pena quatuor pondo.

## §. XXVI.

*In causis apud ipsum agitatis, aut agitandis Advocatus, solicitatorve ne sit; nisi ad suam jurisdictionem dependendam, hocque de Episcopi licentia.*

**N**ullus Officialium prædictorum Advocatus, solicitatorve sit clam, aut publice in causis, quæ intra fines sua jurisdictionis tractantur, in quibus, aut Judex fuerit, aut esse possit, nisi in concordentibus

*Granat. tit. de*  
*Offic. Ordinarij*  
*n. 24.*

*In causis circa*  
*divortia quæ*  
*ipso agendum.*

*Tx. in cap. finit.*  
*incipienti. Quæ-*  
*quam 14. queſt.*  
*2. & tx. in cap.*  
*de Juramentacum-*  
*nia. Guadix tit.*  
*2. constitut. 55.*  
*Granat. titul. de*  
*Offic. Ord. n. 23.*  
*& in Regula Or-*  
*dinis Militar. S.*  
*Jacobi cap. 19.*  
*in fine.*

8

ad

ad suæ jurisdictionis, & status Ecclesiastici defensionem, & in his sine mercede aliqua, & cum speciali Episcopi consensu, §. XXVII. up obeaor suscipit  
Gratis Jurisdictionem exerceat.

**S**i vero quidquam mercedis, que salarij acceperint, poena restituendi quadruplum multentur, graviterque puniantur. Quod de Vicariis etiam intelligendum est.

§. XXVIII. Episcopi, & Superiorum aliorum licentias, antequam executioni mandentur, Vicarij examinent.

*Granat. ubi supra num. 25.*

**V**icarij facultates prædicandi, confitandi, Sacrum celebrandi, elæemosynas petendi, aliasque qualcumque ab Episcopis, & Superioribus concessias examinent, ut earum veritas, vel falsitas constet, antequam executioni mandentur.

§. XXIX.

**V**icarij Provinciales elegantur, qui de Clericorum vita, & moribus inquirant.

**Q**UIA vero Sacerdotum probitas, vitaque exemplum, & in suis obeundis ministerijs accurate diligentia, Populi peccatis salutare medicamentum est, quo eorum cura juvetur, statuit, ac præcipit hæc Synodus, ut Vicarij nomine Provinciales in singulis Diœcesibus deligantur, unus, vel plures, pro ut videtur Episcopo magis expedire, eisque certos Diœceses sive districtus præfiniat. Hi autem de vita, & moribus Clericorum sibi subditorum inquirant, & ad Episcopos, aut ad eorum Vicarios generales deferant,

rant,

rant, statuto tempore, cum libellos miserint, in quibus nomina eorum, qui peccata sua confessi sunt, inscribantur. Si vero Clericorum excessus tales sint, ut nullam dilationem patiantur, delinquentium exponitis, Episcopo sine mora punientur, mittanturque simul informaciones super eis factæ.

§. XXX.

**Quid Vicarij portuum observare debeant, circa Clericos illic appellenles.**

*Mexic. I. c. 57.  
§. 1. & 2. & Li-  
menje 3. ad. 3.  
cap. 9.*

**V**icarij in maritimus hujus Provincie partibus residentes, diligenter eurent, ne Clerici, qui ex Hispania, aut alijs Provincijs eo proveniunt, ad Sacrum celebrandum, aut ad ultum Sacramentum administrandum recipiantur, nisi titulis, dimissorijs litteris, licentijve suorum Episcoporum, Majestatis Catholicæ, aut ejus Pro-Regum, & Gubernatorum proportione Provincie, unde profecti sunt, optime examinatis. Si vero merces secum habeant, afferantve alia, quæ negotiationem sapiant, inventario perfecto, alicui probato viro in depositum dentur, & quam primum de hac re Episcopus certior fiat, ut, quod si bsi convenientius vatum fuerit, decernat. De Clericis itidem, qui in Hispaniam naves condescendent, inquirant, si licentiam a Prælati suis obtinent, si suspectos bsi comites navigationis adjungant, a quibus separari oporteat. In his omnibus, ut diligenter se gerant, conscientiae Vicariorum onerantur, alias pro sua negligencia graviter a Deo puniendos esse intelligent.

§. XXXI.

Circ. Limens.  
3. ad. 3. c. 43.  
et fisc.

§. XXXL

*Cures ut noctu hostiatim feminæ non mendicent.*

**J**udices Ecclesiastici omnes accurate invigilant, ne femine noctu elemosynas hostiatim querent, sub praetextu pauperum erubescientium, quodcum non sine magno damno, & scandalo fiat, infecus facientes, severe animadventant.

§. XXXII.

*Circa Clericos peregrinos, quid ipsi agendum?*

**N**ullus quoque Judex Clericis Missas celebrandi, sacramentave administrandi, licentiam tribuat, nisi prius eorum litteræ dimissoriarie, seu testimoniales probe examinatae, legitime esse comprobentur, sub pena Excommunicationis latæ sententiae.

§. XXXIII.

*Quid circa exteris Religiosos?*

Mexic. 1. c. 58.  
& Syn. de Qui-  
rages confit. 81.  
& Limen. 3. ad.  
3. c. 5. & 10.

**R**eligiosis etiam Sacerdotibus, extra suas Provincias, aut Monasteria peregrinantibus, facultas eadem denegetur, nisi ab Episcopo Diocesano licentiam obtineant, quam exhibere teneantur.

## TITULUS IX.

### De Officio Fiscalis, & jure Fisci.

§. I.

*Fiscales Officium von exerceant, nisi juramentum antea fecerint.*

Lore Gran. tit.  
de Offic. Procu-  
ratoris Fiscalis,  
& Syn. de Qui-

**P**romotor Fiscalis Episcopali Curiae deputatus, Officium antea non exerceat, quam in manibus Episcopi, vel ejus Secretarij juret

se

se in omnibus Fidelem præbiturum, Dei honori, & animarum saluti prospecturum, immunitatem Ecclesiistarum, bona Ecclesiastica, & Ministros defensurum, causas Ecclesiasticas prosecuturum, Ecclesiae, & Episcopi jura propugnaturum, ad idque probations, & testes omni diligentia exquisitum.

§. II.

*A Parochis de publice delinquentibus inquirat, ut ad-  
versus eosdemmet procedat.*

**A** Parochis hujus Provinciæ tempore, & ordine ab hac Synodo, ut in titulo de Officio Ordinarij est, inquirat de usurarijs, fœneratoribus, de his, qui, priore conjuge adhuc vivente, alias duxerint, de illis, qui cum uxoribus non cohabitant, de aleatoribus, aleatorumque susceptoribus, de blasphemis, & de alijs delinquentibus, ad Ecclesiasticam Jurisdictionem spectantibus, quos omnes in libro, quem ad usum hujus rei habere debet, describat; eosque denuntiet, causasque hujusmodi accuratius prosequatur. In fine cuiuslibet mensis, acta in causis gesta, & earum statum Judici referat, & quod sibi a Judice injunctum fuerit, deinceps exequatur, idque Judex in libro scribere faciat, atque subscribat. Hæc vero ut siant singulis mensibus, Fiscalis curet, sub pena quatuor pondo, quoties omittantur.

§. III.

*In delicta ne inquirat, triennio ante commissa, nisi gra-  
vissima fuerint.*

**S**æpe nonnullorum Secularium, & Clericorum delicta, temporis diuturnitate, & vitæ emenda-

T

roga conf. 121  
122. 123. Gua.  
dis tit. 8. conf.  
21. Milan. 1. sit.  
de caufidic. Ad-  
vocatis, & Fisca-  
libus, & 5. titul.  
de Procuratore  
Fisci.

tione ab hominum memoria deleta sunt, prave tam  
en affecti homines aliorum excessus memoria semper  
retinentes, Clericos, & Seculares hujusmodi denuntiare solent, eo magis animo, ut eis molestiam  
infirant, ac infamiae notam incurvant, quam ut aequi-  
Mexic. 1. c. 80.  
tati consulant. Cui malo remedium afferre volens  
haec Synodus, statuit, & interdicit, ne Fiscales, qui  
nunc sunt, vel erunt in posterum, sine partis instan-  
tia, quemquam Secularem, aut Clericum accusent,  
aut denuntient de crimen, tres annos ante commis-  
so, cum illad emendatione vitæ, hoc elapsò tempo-  
re, presumatur compensatum. Nisi delictum adeo  
grave, publicumve sit, ut Ordinario videatur, absque  
scandalo impune dissimulari non posse, quo casu  
etiam post annos tres a Fiscalibus delinquentes de-  
nuntientur, ut criminis gravitas Ordinarij prudentia  
adsumetur.

## §. IV.

*Né in quemquam procedat ob leves verborum contumelias, injuriam passò non petente.*

Mexic. 1. c. 78.  
& Lex Reg. 4.  
titul. 10. lib. 8.  
Recopil.

**Q**UIA nemo est adeo natura moderatus, qui vel laetus, vel perturbatus affectu, saltem verbo proximum aliquando non offendat, cavendum est, ne Clerici hujus Provinciæ, parte injuriata non instant, ob leves verborum injurias in judicium vocentur, præsertim ad eas Civitates, ubi Judices, seu Officiales resident, cum ex tam longa distantia manus sibi damnum inferretur, quam delicti pena potularet. Quam ob causam Clericorum hujus Provin-  
cœ utilitati, & honori consulens, decernit, ac jubet haec Synodus, ne Officiales, Vicarij, & alij Judices,

Ec-

Ecclesiastici de levibus verborum injurijs, sine armorum strepitu, aut sanguinis effusione dictis, ex Offi-  
cio contra Clericum ullum inquirant, nec denuncia-  
re permittant, nec contra eum procedant, nec eum in carcere detineant, aut ab eo multas exigit, pa-  
ce jam inter partes inita. Idemque servetur, cum quis in aliud haec convicia, & opprobria, quæ majora sunt, conjecerit, illum leprosum, sodomitam, prodi-  
torem, haereticum, aut eo convicij genere, quod vul-  
gus cornutum vocat, appellando, vel mulierem con-  
jugatam, adulteram, seu meretricem dicendo, & alia similia contumeliosa verba, in quemquam protile-  
rit convicata, ut præfertur, parte non conquerente;  
si vero de hic expressis convicijs partis offense que-  
rela præceserit, etiam ipsa injuriam remittente, Of-  
ficiales, & Vicarij, pro ut juris sit, procedant. Qui si aliquos Curia Ecclesiastice Fiscales, sive Ministros contra facere compererint, quam est hoc Decreto sancitum, eos graviter puniant.

## §. V.

*A reincidentibus multas exquirat, eosque penas debitis subjiciat.*

**S**I dannati ex aliquo crimine, iterum in idem cri-  
men inciderint, Fiscalis animadvertat, ab eisque  
inflictæ multæ ut exigantur, curet; quod in visita-  
tionibus fuerit constitutum, executioni mandari fa-  
ciat, si a sententia super aliquo crimen, vel super  
contentis in secundo Decreto hujus tituli lata, pro-  
vocatum fuerit, in appellatione prosequenda, & in-  
stantia illa terminanda invigilet. Si quid vero ad id  
opus sit, ab Episcopo petat, matura diligentia adhi-

T 2

bi-

bita, ne si causa differatur, criminibus, & offendis in Deum appellatio favere videatur. De quibus omnibus, sub statutis poenis Fiscalis rationem reddat.

## §. VI.

*Causas ex Officio absque permisso Judicis ne deferat.*

**C**UM aliquam causam ex Officio Fiscales inchoaverint, eam sine permisso Judicum non deferrant, nec dissimulerent, nec pacto convenient, nec collusiones, prævaricationes, aliudve simile committant, sub pena pondo quinquaginta; quod si causa postulaverit, gravius puniantur.

## §. VII.

*Ne munerum acceptance a causis formandas supersedeat.*

**N**E in causis, quas agunt, aut que ab eis agendæ sperantur, conventionem faciant, nec munericibus, alijsve hujusmodi corrupti, Jura ad causas spectantia producere, & allegare desinant. Quod secus ab illis sit factum, irritum decernitur, & si quid semel acceperint, poenæ restituendi quadruplum subjaceant; si bis, duplo magis mulcentur, si ter, Officio preventur, & pro rei gravitate alijs etiam afficiantur. Notarij vero, si quid simile noverint, Episcopis, eorumve Judicibus, & Vicarijs annuntient.

## §. VIII.

*Munera nulla recipiat.*

**N**E a quoquam dona, munerae similia, quamvis esculentia sint, vel sponte data, vel salarij praetextu accipiant, nec quidquam a litigatoriis, aut

sb

ab illis, qui litigaturi sunt credituri, emant, aut eis vendant, aut illorum operas in suos usus conferant, sub pena reddendi duplum.

## §. IX.

*In quemquam non procedat, nisi de damnis, & expensis cautionem præstiterit accusator.*

**D**E excessibus sibi denuntiatis quemquam ne accusent, nec reus citetur, nisi delator pro sua facultate cautionem præstiterit de solvendo expensas, & damna in causa, qua crimina denuntiata non probaverit; quod si fecus fecerint, damna, & expensas hujusmodi Fiscales persolvant. Si vero delictum non probetur, & delator justam excusationem non habeat, expensas solvat, alijsque a jure statutis poenis subjaceat. Delicta autem cum certis testibus, vel quia publica sunt in vico, ubi delinquentes degunt, Fiscaleibus annuntiata, ipsi inquirant diligenter, etiam si delator cautionem non det, nec causam prosequi velit.

## §. X.

*In Clericum non procedat, nisi publica infamia, prolatione præcesserit.*

**N**E in Clericum, nisi probatio, aut infamia notoria præcedat, accusationem, denuntiationem ve faciant. Cum vero quemquam denuntiaverint, juramento declarant, se dolo, aut calumpnia id non facere. Quod si quem dolo, aut calumpnia accusaverint, idque constiterit, expensas solvant, & arbitrio Judicis puniantur.

U

## §. XI.

## §. XI.

*Accusationes, &c. in scriptis agat.*

**A**Ccusationes in scriptis producant, & quidquid Officij sui ratione petierint, neque eorum libellos, & acta aliter Notarij recipient, sub pondo duorum poena, a singulis contra facientibus exigen- da, & his, qui in carcere Ecclesiastico detinentur, applicanda.

## §. XII.

*Nil a Capellanis accipiat, cum agitur de Missarum onore minuendo, aut ab his, qui postulant, ut in Ecclesiasticum asylum restituantur.*

**L**Icet citentur in causis de Capellitorum onere moderando, Fiscales a Capellano nihil accipiant, nec etiam pro causis, in quibus extracti ab Ecclesijs, in easdem restituti petatur, quidquam ab his, qui restituti sunt, accipiant, quæ licet gratis facere debent Fiscales, nihilominus, omni cura, & diligentia præfatas causas pertractent, sub duorum pondo poena.

## §. XIII.

*Eidem expensæ persolvantur, si quis ad eas solvendas sit damnatus.*

**C**UM in causis Fiscalibus ultra delicti poenam, etiam in expensis reus condemnabitur, Fiscales expensæ testimontur, easque juxta estimationem reus persolvat, nisi in causis ab hac Synodo prohibitis.

## §. XIV.

*Si reus fidei iussione a carcere liberetur, causam ipsius propere expediri faciat.*

**C**Ausas, in quibus rei detenti in carcere, exhibita cautione, ante sententiam latam liberari a vin-

cu-

culis permittuntur, Fiscales prosequantur, easque terminari faciant, sub poena pondo duorum singulis causis, si vero post sententiam latam, id contingat, Fiscales procurent, ut forma, & series sententiae servetur, ac mulctæ Cameræ, vel pijs operibus applicatae in depositum dentur. Quod si in ejus rei executione, aliquid, vel negligentia, vel culpa sit, illud sub eadem poena Episcopo notum faciant.

## §. XV.

*In causis partibus dumtaxat competentibus ne se inge- rat. Indorum causas ne differat.*

**C**AUSIS proprio ad partes spectantibus, ne se interromptant, nisi Judicis mandato, vel causis ab hac Synodo expressis, ut sunt Indorum causæ. Has vero, & alias sibi ex Officio incumbentes illicite ne differant, quoties vero fecerint, pondo duobus mulctentur.

## §. XVI.

*In causis, quæ ex Officio sunt, Judicem moneat de testi- bus exhibendis.*

**I**N causis, in quibus ex Officio proceditur, testes contra eos producendos Judici dicat, ut ipsi quidquid ad exhibendos testes opus fuerit, statim provideat, prout in titulo de testibus est dispositum.

## §. XVII.

*Cum sola summaria informatione ne causas concludat.*

**P**ROductis probationibus, & ratificationibus testium in causis, in quibus ex Officio proceditur, current Fiscales de alijs testibus ratificandis, si

U2

qui

qui desunt, omnesque alias diligentias adhibeant, pro ut a jure compererint, sub pena duorum pondi quoties id negligenter omisserint. In causa cum sola probatione summaria ne concludant, quando testes pro ratificatis haberi non possunt, quia pena corporalis secutura speratur, nisi adsit confessio partis.

§. XVIII.  
Judici dicenti Jus semper assistat.

**Q**uando Judex, aut Vicarius publice causas audiit, Fiscales semper assistant, quoties absint, pondo unum porsolvant; sine Vicarij Judicis permisso ne discedant, nec quemquam in sui locum substituant, nec aliquem ad negotia extra Civitatent deputent.

§. XIX.  
Quid facere debeat quando in aliquem accusationis capitula porrigantur; remissive.

**Q**UID Fiscales facturus quando capitula contra aliquem porrigantur, titulo de ordine Judiciorum dispositum est, quod servari jubetur. In causis, coram Judicibus inferioribus ex Officio tractatis, & in quibus ab interlocutoria, seu definitiva sententia fuerit appellatum, si ipsi inferiores rationem causae, & acta processus ad Judices superiores remittant: Fiscales Justitiae Ecclesiasticae exequenda insistant, itemque fuscipiant, salarioque jure Advocati sibi pertinentia percipient a parte in expensis condemnata, & non aliter.

§. XX.

§. XX.

Clericos de adulterio non denuntiet, nisi circumspectione summa; idque medio Notario Clerico.

**C**ausas a Judicibus sibi notificatas, infra tres dies describere in libro suo teneantur, & reos accusare, aut denuntiare, ad praescriptum in titulo de Officio Ordinarij, causasque hujusmodi deinceps sequantur, ut in Decretis hujus Synodi, sub penis in eisdem contentis.

§. XXI.

Intra tertium diem causas scribat.

**C**uite Clericos de adulterio denuntient, Notariis Clerico adhibito, si adsit, idque secreto fiat, ne ad mariti notitiam perveniat. Accusatio vero contra adulterum solum detur, & in casibus tantum ab hac Synodo, titulo de Officio Ordinarij, & Vicarij expressis, & ut est ad punitionem delicti, a Jure Canonico, & Concilio Tridentino permisum. Adulterae nomen supprimatur, & quod verbo fuerit expressum in probatione, Notarius fidem faciat, nisi sciente, & consentiente marito, delictum fuerit perpetratum; tunc enim omnes accusentur, & ut severe puniantur, Fiscales omnem operam praestent: expensas suas juxta praescriptam taxam, nec aliter, quam se subscribentes, percipient, sub pena reddendi duplum.

§. XXII.

Intro eundem terminum reos denuntiet.

**P**raesente reo infra tres dies querelam dare teneantur, sin minus, eorum impensis rei alantur.

X

§. XXIII.

Seff. 24. cap. 8.  
Seff. 25. cap. 14.

## §. XXIII.

Officium Fiscalium inferiorum.

**R**EQUI inferiores Fiscales, & executores Ecclesiarum, extra Episcopalem Curiam residentes, sedulo inquirant, qui sacrum non audiant, aut festa non colant, aut in Ecclesia irreverenter afflant, qui publice peccatis sordidati, & alijs vitij, in Edictis generalibus, & titulo de ferijs expressis, contaminati sint. Videant etiam, si tabernæ, cauponæ, aliæve publicæ domus apertis januis patent, in eisque esculentæ, & poculenta festis diebus, dum Missarum solemnia celebrantur, divenduntur. Si decretis precibus in processionibus decenter incedunt. Quidquid vero in his omnibus culpa invenerint, Vicarijs nuntient, ut quod sibi injunctum est, exequantur. Ne in his negligenter se gerant, aut cum aliquo colludant, aut pecunijs directe, vel indirecte corrumphi patiantur, nec dona, aut munera, aliudque quidquam ab hominibus sui districtus accipiant, sub pena reddendi in quadruplo, & a Judicibus arbitrio suo usque ad privationem officij puniantur.

## §. XXIV.

De rebus parvi momenti accusationem non instituant.

**N**ON Fiscales prædicti, quovis quæsito colore, cævillationes querant, ut de rebus levissimis, & nullius momenti denuntiationes dent, nec eas Judices, aut Vicarij admittant, quod si commiserint, tanquam calumniosi accusatores penas luant.

TIT.

## TITULUS X.

De Officio Notarij, &amp; de fide Instrumentorum.

## §. I.

Notarij juramentum praesent.

**N**OTARIJ Ecclesiasticorum Tribunalium hujus Provinciae, & Tabelliones, qui Receptores vocantur, ante ne accipientur, quam Episcopis, eorumque Judicibus fidelitatem, & obedientiam jurejurando promittant, itemque jurent se Decretis ab hac Synodo editis obtemperaturos, neque jure salarij, quicquam aliud accepturos, quam quod fuerit taxatione præfinitum. In loco ad audiendum causas deputato, per tres ante meridiem horas, tresque alias post meridiem saltem afflant, ibique ipsimet per se negotia cum Judicibus expediant. Quoties statutis Curiæ diebus absint, pondo uno mulctentur, quod si ex justa causa adesse non possint, de ea Judices certiores faciant.

## §. II.

Examinentur Notarij.

**N**Otarij, quos Vicarij in casibus sue jurisdictio-  
nis, & commissionum adhibere debent, ante ab Episcopo examine probentur, juxta Concilij Tridentini Decretum, nec priusquam ab Episcopo in scriptis facultatem deferant, acta illa recipiant, quod si receperint, irrita sint, & nulla. Vicarius vero, qui huic Decreto non steterit, quoties contravenerit, pondo octo mulctetur, quorum tertia pars nuntiatori apli-

Guadix tit. 8. a  
conf. 15. Gran-  
de Offic. Nota-  
rij. & fid. instru-  
ment. Milan. 1.  
tit. de Notarij,  
& scribis, & 3.  
fol. 603. cù seq.  
& 4. 3. p. tit. de  
foro Episcopali,  
& 5. tit. de Com-  
cellario, & No-  
tarije, & tit. qua  
gratis in Cancel-  
lario.  
Sex quotidie ho-  
ras in Tribunalis  
afflant.

Seff. 22. cap. 10.  
Mæsec. 1. c. 89.  
§. 1. & Compos.  
act. 3. c. 26.

X 2

pli-